

quilibet illorum memoratorum, p. et r. percipiat teneat et possideat omni occasione postposita et remota, In cuius rei testimonium sigilla discretorum virorum domini laurencii ormdhæson, et sepedictorum p. et R. vna cum sigillis nostris presentibus sunt appensa,, datum vnæ anno domini M^o. CCC^o. XII^o. die beati dionisii.

Sigillen: N. 1—6 skadade; N. 7 bortfallet, remsan qvar.

1872.

1312 d. 18 Oct.

Gjushult.

Öjar Gunnessons enka, MARGARETA EBBESDOTTER, förnyar sin gåfva af en gård i Gjushult med ett nybygge i Tanga till Gudhems kloster. (Jfr. N:o 1869).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus. MARGARETA relicta øiari gunnæ sun. Salutem in domino sempiternam. Notum facio tam posteris quam modernis, quod curiam meam giuzholth cum colonia in tangær ac ceteris pertinencijs, videlicet agris, pratis, pascuis siluis et piscarijs, claustro gudhem do et lego, possessionem tradendo corporalem scotacione legitima subsequata, tali condicione, videlicet, quod in dicto claustro ad dies meos victum habeam et vestitum, habitum portando secularem,, In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorum sigilla, magnificorum principum dominorum meorum Erici et Waldemari ducum swecie illustrium, venerabilis patris domini bryniulphi scarensis Episcopi, Domini tulonis abbæ son et akæ rampn fratrum meorum dilectorum ad meam instanciam, ac meum proprium presentibus sunt appensa. Actum et datum giuzholth, anno dominj. Millesimo. Trecentesimo. Duodecimo. In Die beati luce Ewangeliste.

Sigillen: N:o 1—5 bortfallna; N:o 6 (Margaretas) fins.

1873.

1312 d. 18 Oct.

Gjushult.

Samma Fru MARGARETA gifver ett nytt bref om samma gåfva.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, MARGARETA relicta øiari gunnæson, Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare

volumus omnibus euidenter me sanam et incolumem ad mee refrigerium anime et mariti mei simul et infancium meorum dominabus in gudhem curiam meam giuzholth cum colonia tangum et omnibus mobilibus et immobilibus extra sepes et intra dicte curie attinentibus contulisse perpetuo possidendam Dans eis plenum ius et dominium memorata bona vendendi regendi, commutandi et quocumque modo voluerint et poterint ordinandi, Siqui vero heredum meorum ipsas super hoc impedire contenderint aut indebite molestare, constituo eis et reddo pro hiis bonis partem de bonis meis in vacnø competentem In cuius rei testimonium et euidentiam firmiorem &c. *lika med föregående N. 1872 ända till slut.*

Alla 6 sigillen bortfallna; remsorna kvar.

1874.

1312 d. 18 Oct.

Westlanda.

Biskop ISRAEL i Westerås uppräknar de summor, han till åtskilliga kloster betalt, i Lagman Birger Perssons namn, på grund af dennes och Fru Katarinas af Steninge testamente. (Se N. 1821).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri vel audituri quod nos frater JSRAEL dei gracia episcopus arosiensis soluimus nomine domini birgheri legiferi racione testamenti domine katerine de stenungum. fratribus predicatoribus siktunie quatraginta marchas denariorum. Jtem fratribus predicatoribus strengnesie .XL. marchas denar. fratribus arosiensibus quatuor marchas denar. Conuentibus fratrum minorum. vpsalie. Enecopie. stokholm. arbugha. Nicopie. singulis vnam marcham. Monialibus sco vnam marcham. monialibus fodhø vnam marcham. Clarissis stokholm vnam marcham. Hospitali enecopie vnam marcham. Jtem fratribus siktunie racione testamenti predicti domini legiferi. X. marchas denar. JN premissorum autem certitudinem plenioram presentem litteram siggilli nostri munimine duximus roborandam. scriptum apud curiam nostram vestlandum Anno domini .M. C^oC^oC^o. XII^o. jn festo beati luce euangeliste.

På fränsidan. Solucio testamenti katerine annæbillæ.

Sigillet något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.